VOX SVCCISA.

In Archiconfraternitatis

SANCTISS. CRVCIFIXI ORATORIO

Feria ſexta ante Palmas

ANNO SECVLARI M.DCC.

PER FLAVIVM LANCIANVM ROMANVM

Harmonicè expreſſa

In id Argumenti verba habente

REV.^{mo} P. MICHAELE ANGELO FAROLFO

DE CANDIA,

Minorum de Obſeruantia Diſcreto perpetuo.





ROMÆ, Typis Ioannis Franciſci Buagni. 1700.

Superiorum permiſſu.

PERSONÆ.

Ioannes filius Zachariæ, & Elisabeth de Tribu. Aaron Baptista Propheta magnus.

Herodes Antipas Tetrarca Galileæ filius Ascalonitæ.

Herodias filia Aristobuli Vxor Philippi Fratris Herodis.

Salome eius filia.

Discipuli Baptistæ.

Proceres Galileæ Conuiuæ.

ARGOMENTO.

REgnaua con titolo di Tetrarca nella Galilea Erode Antipa figliuolo dell' Ascalonita nel tempo, che Giouanni il Battista gran Profeta, e Precursore di Christo predicaua il Battesimo della Penitenza.

Erode in tanto, ripudiata la moglie figliuola di Arèta Rè de gli Arabi, riuolse i suoi impuri Amori verso di Erodiade figlia di Aristobulo, e moglie di Filippo suo fratello ancor viuente, del che co'l suo santo Zelo più volte lo riprese il Battista, che à causa di tal riprensione si concitò contro quell' odio, che suol partorire la Verità mai riceuuta su'l Soglio dà i Tiranni; Anzi Erode à stimoli di tal odio, come di Erodiade, fece arrestare il Battista in Sebaste Città edificata dal Padre di Erode co'l nome di Augusta, e quiui nel luogo de' Delinquenti.

Nel giorno dunque commemoratiuo della nascita di Erode fece questi imbandire vna gran Cena à Primarij della Galilea con l' interuento di Erodiade, e Salome sua Figlia, che per obligare Erode al suo desiderio, trasse gli occhi del medesimo, e de' Conuitati ad vn ballo, che in mezzo della Cena ella fece; dal qual ballo fù astretto Erode, anco con giuramento à darle quanto gli hauesse richiesto, benche la metà del suo Regno. Assicurata Salome dal Regio giuramento prontamente secondo l' Istruttione della Madre, li chiedè il Capo del Battista, del che finge di contristarsi Erode, mà da vn Arciero spedito al Carcere si portò l'adorata Testa, che co'l suo sangue innocente dissetò la brama di quegl'empij Adulteri; Nè di ciò contenta Erodiade volle per mezzo d' vn Aco trafiggere

con le sue mani la sacra lingua. Non andò però impunito un tal'Eccesso: Erode vinto da Areta sudetto andò in esiglio dal Regno: A Salome nel passaggio d'un fiume gelato fù troncato dal Giaccio il Capo, e doppo tanti infortunij, anche Erodiade finì miseramente la Vita.

Resa al Mondo d'essempio,
Che non è mai dal Cielo immune vn'Empio.

PARS

PARS PRIOR.

Symphonia sub Auroram.

Ioan. VNDI dissona silete:
Prodit è carcere Clamantis Vox,
Impia dum circuit Israel Nox,
Vos mecum gemite,
Et Syon semitæ
Sint tristi murmure repletæ. Silete, &c.
Sic Veritas obducitur,
Sic opprimitur Innocens!
Proh miseram Mortalium Sortem,
Est Veritatem dicere
Sibi vincula inijcere,
Inde mortem.
Disc. Io. Consolamur, Cœli Athleta,
Quod tui meta
Cœlum manet:
In ærumnis quia constantem,
Te de Mundo triumphantem
Mundus canet. Consolamur, &c.
Ioan. Gaudete, quia videbitis
Non meo sanguine lac fidei accrescere,
Sed illius cruore,
Cuius amore
Me oportet hodie minui, & illum crescere.
Qui consolamini,
Mecum lętamini,
Cui datur viuere per cędem:
Qui aduersa sustinet,

Æternam obtinet
Post breuia noxia mercedem. Qui,&c.
Nos interim vnanimes
Ad Cœlum clamemus.
Et lacrymarum sonitu cantemus.
Disc.Io: Audi preces Deus è Cœlis
Israelis lacrymantis:
Tolle, pelle
Cor rebelle
Alienigenæ regnantis. Audi, &c.
Ioan. Ite fideles Socij,
Dicite cunctis Gentibus,
Regnum Dei iam aduenit,
Et promissus à Deo ad nos peruenit.
Herodias. Fausta ridet, cùm redit optata
Natalis Herodis hæc lucida Lux:
Illi subdita subiacent Fata,
Qui Dauid in Solio nunc emicat Dux.
Salome, vide filia, Fausta,&c.
Vittis præcincta aureis
Quàm pulchre nites hodie!
Inter Puellas gratas
Suis ornatas mitriolis,
Micas, vt Rosa inter vernantia lilia.
Perge ad Herodem leta,
Hæc dies mœrori meo per te fiet meta.
Sal. & Herodi. Hæc clara, hæc rara dies
Mihi prospera scintillat:
Hæc Pax; hæc mihi quies,
Dum mea viscera tranquillat. Hæc, &c.
Herodi. Astra, quæ à corde meo numquam erratis,
Occulta mentis meæ ne confundatis.

Salom. Surgo hilaris, felix pergo,
Mater cara propter te:
Nobis gratæ
Sua claritate
Stellæ rutilant in se. Surgo, &c.

Herodi. In spelunca, vti leo,
Qui Herodiadi aduersatur,
Nunc eradatur in conspectu meo.
Qui linguam acuit,
Vt Regem feriat,
Extinctus cadat:
Mulier offensa
Semper infensa;
Hic meo pudori,
Et Regio honori
Cruore suo fulgorem tradat. Qui, &c.
Antri lustrator mea sustineat dira,
Furor non est super mulieris ira.

Herod. Quid Herodem curæ infestæ
Quid molestæ conturbatis?
Vobis libeat acquiescere,
Me requiescere sinatis. Quid, &c.
Fallor, me petit surgere
Aurora Cœlum purpurans;
Festiuus omnis sonitus
Ad iubila me postulat;
Mihi enim Plebs deuota
Natali Regis sui propinat Vota.

Salom. Salue Rex,
Herod. Puella vale,
Sal. Tibi salus,
Her. Tibi Pax:

Sal. Tibi ridet
Her. Tibi arridet.
Sal.& He: Faustis radijs Cœli Fax. Salue, &c.
Sal. Præclara hodie, & sonora
Tibi adhuc in Aurora
Tybias, tubas inflando
Resonat omnis Vox simul lętando.
Her. Sic sui Animi affectus
Mihi Populi amantis exhibet Pectus.
Salom. In meis pupillis inspice
Cor iubilans pro te;
Lux noua cùm reuertitur
Regnator tui Natalis,
Renascitur vitalis
Tui amoris spes in me. In, &c.
A' te dum pes recedit,
Obsequijs matris suæ Salome accedit.
Her. Vade, & meos innouent nexus
Tua in Reginam meam oscula, amplexus.
Qui detrahit verbis potens
Suam Vitam non implorat:
Quod lubet,
Ft fas, & decor iubet
Et Aula tota honorat. Qui, &c.
Regi legem imponit
Regi suis maledictis, qui se opponit.
Ioan. Qui transitis, ne plangatis
Super me, sed super Vos:
Tu quæ occidis tuos Prophetas,
Irruendo in Cœli Athletas,
Cades, rues velut flos.
Qui transitis, &c.

Hieru-

Hierusalem ingrata hæc reddis Domino?
Sodales mei perpendite:
Veris licet sermonibus
Malitia non instruitur,
Ad iram suscitatur;
Ei placet quod delectat,
Quia delicias, blandicias
Ipsa à Mundi mendacijs expectat:
In reprehensorem insurgit,
Assurgit adulata,
Exaltata oblectatur;
Scit quód cupit, quod sapiat, non videt,
Ideò iusti Animi,
Repleta amore, monita deridet.
Hæc inter Vos fortes
Consortes,
Manete constantes:
Disc.Io: Per faces
Voraces
Catenas,
Lanienas,
Ioan. Surgetis, *Disc. Io:* Surgemus ouantes.
Ioan. Furor, *Disc. Io:* Impetus,
Ioan. Ignis, *Disc. Io:* Gladius,
Ioan. Cędes minæ,
Disc.Io: Et ruinæ,
Ioan. Plenę strage
Disc.Io: Mille plagæ
A' charitate Dei non separabunt:
Ioan. Sed inter tormenta,
Disc.Io: Cruenta fluenta,
Ioan. Sed inter Lictores,

Disc.

Disc.Io: Tortores, furores
Ioan. Corda vestra triumphabunt.
Disc.Io: Corda nostra
Ioan. Cuncta aduersa aspernamini;
Imitatores mei Vos roboramini.
Salom. Ad Regiam, vt Aquila,
O' Mater volaui,
Et quæ suspiraui,
Tua iussa compleui:
Qua sorte ego adiui,
Ad te iam rediui,
Solatio non leui. Ad, &c.
Herodi. Filia, pars cordis mei amata Filia!
Per te gaudio abundo;
Tu Numine secundo
Ad me reuersa,
Beas viscera mea dolore immersa.
Audi: In Regio Conuiuio,
Cum Regem vino, & epulis
Æstuantem inspicies,
Pede tu surge insaniens,
Risu, & lasciuo oculo
Eius animum vulnera,
Cùmque tibi inclinatum illum nosces,
Tu blandulis eloquijs
Ioannis hostis mei Caput exposces.
Salom. Respira, quia nunc spero
Herodi me placere:
Qui nos sua lingua ferit
Per nos sua lingua erit
Occisus verè.
Respira, &c.

PARS

PARS ALTERA.

Her. OS Galileæ Gentium Germen inclitum!
Quos ad Regium Conuiuium
Radijs lucis vitalis
Fulgor conuocat Aulæ, & mei Natalis;
Accumbite, vos redditis
Speciosum meum Thronum;
Regis enim Fortuna,
Quòd sit omnibus vna, hoc habet bonum.
A' Regio Conuiuio
Vos curæ molestæ
Ad Antra redite:
Hìc risus adeste,
Hùc ioci venite. A' Regio, &c.
Sint ò Conuiuæ mei Herodis gaudij
Vestra lumina specula.

Conu. Ad augendas claritates,
Fulge Annos, regna ætates, viue secula.

Herodi. Langueo propter te,
Care reficias me
Affectu cordis:
Epulæ gratæ, & potus
Manent, cùm maneas totus
In me concordis.
Affluemur ęquali voluptate
Pares in voluntate.

Salom. Flores, rores,
Odores, liquores
Spirent, fluant nos beando:
Dulces cytharæ

Vos

Vos mihi canere
Detis hilarè sonandò. Flores, &c.
Sambucæ, tybiæ inflentur,
Eia animentur fistulæ,
Plectra, litui plaudant,
Resonent voces vndique festiuæ.
Conu. O' Rex noster, regna viue.
Ioan. Regia tripudiat,
Insanit Aula,
Et Regnum gemit:
Honestas quatitur,
Iustitia patitur,
Cùm Iudę solium
Tyramnus premit. Regia, &c.
Super pennas ventorum tu, qui ambulas
Exurge, quare obdormis?
Impuritas informis debaccatur,
In Abel, Patrem vsque impius armatur.
En mortis meę momentum instat vltimum,
Fac sit, te precor Deus,
Hostia in Altari tuo Spiritus meus.
Symphonia saltationis
Salom. Surgit pes, descendit Cor
Ad tuos pedes cordis spes:
Nunc cum salto,
Mihi exulto,
Quod cor pectoris tu es.
Surgit, &c.
Hr. Exultando, saltando,
Salome in me pugnasti, & me vicisti,
Cor meum soluto pede tu vinxisti.
Quid cupis, tibi adiuro, ego retribuam,
Et

Et ſi dimidium Regni à me depoſcas:
Sal. Vota pectoris mei in ſaltu agnoſcas.
Her. Quod optas, habebis,
Sal. Te ſemper amare,
Her. Tu mecum regnare, videbis
Sal. Me tibi ſeruire,
Her. O Salome, *Sal.* O' Rex:
Her. Mea verba ſunt Regis;
Sal. His vincula legis
Non poſuit Lex.
Quod optas, &c.
Her. Mentem ne redde afflictam:
Sal. Imploro quam exoro,
Et tuam, & Matris meæ, & meam vindictam.
Her. Quis audax in nos conſpirat?
Sal. Qui te qui nos diſperſos,
Et Zeli ſpecie euerſos diu ſuſpirat.
Her. Perfidiæ enuncia reum;
Sal. Nazareus hic eſt, nemorum cultor;
Her. Furoris impetu in eum
Defenſor veſtri, & mei adſum, & Vltor;
Indica vbi moratur;
Sal. Carcer adſtrictum detinet:
Her. Forſan Ioannes?
Sal. In nos moliri gaudet:
Her. Proh dolor! *Sal.* Abſit pietas, moriatur.
Vt ſolemur, lętemur,
In diſco Caput eius afferri iube:
Her. Ioannes! *Sal.* Soluet Cor mœroris nube.
Her. Ego Ioannem perimam?
Sal. Hæc Salome ab Herode exigit munera
Her. Inter Conuiuia hæc funera?

Sal.

Sal. Regi rebellis mors vitam tuetur
Her. Quid faciam ? *Sal.* Quod optaui,
Her. Temere, heu quod iuraui, eia obseruetur.
Herodi. Cordi, quam ego quęro,
Quam spero sortem,
Per eius mortem
Hodie obtinebo:
Regis, & mei decoris
Vmbras amoris
Exeḋi sanguine
In me delebo. Cordi, &c.
Ioan. O' verba omni dulcedine munita
Spiculator exequere, est mors vita.
Non meæ mortis rigore
Luxuriæ ego horrore
Cogor claudere oculos Infido,
In quo vicit libido.
O' præpotens nequitia!
Iustus ab Impio euertitur,
In Iudicem à Reis pœna conuertitur;
Hoc feritatis ferculum debetur,
Quo Feritas elata
Epulis insatiata exaturetur.
Sum promptus ictui acerbo,
Hæc mea succisa Vox viuet in VERBO.
Ecce Caput humiliatum,
Gladium iacta, Collum fende:
Hoc recisum, suspiratum,
Vade, Adulteris ostende.
Ecce Caput, &c.
Disc. Io: Destituti, viduati
Inter planctus, & suspiria deploremus:

Sacra

Sacra Ioannis ſpolia tumulemus.

Herod. Spectaculum *Herodi.* Nobis gratum,

Herod. Horrendum *Salom.* Exoptatum,

Herod. Noſtris oculis proponitur:

Herodi. Quod exponitur,

Herod. Non ſuſtineo, iam cedo;

Salom. Ab extincto quid metuitur?

Herod. Pœna ſceleris; recedo.

Herodi. Rex abijt, in hanc linguam inſæuiatur,
Quæ nos ferijt ab acu feriatur.

Salom. Mei cordis ſolatia,
Quæ beant viſcera,
Præ ſua lætitia
Non capit mens:
Exectum Miſeri
Hoc Caput videat
Vt ſibi conſulat
Inſana Gens.
Mei cordis, &c.

En quàm clarum quàm verum,
Principis Acta Subditum debere
Laudibus exornare, aut tacere.

Herodi. Poſt hæc mœroris nubila
Herodes exultabit *Eco* Exulabit
Vitam & Nobis iubila
Ioannes germinabit Terminabit.
Quæ Vox, qui triſtis ſonitus
Mihi infauſta prænunciat Nunciat
Stellæ Nobis ſeueræ, Vere
Quas amaſtis ad neces modò quęritis? Eritis
Non ſemper velut vmbra inter ſerena
Sua delicti reum ſequitur pęna. Sequitur pęna.

Sal.

Sal. & Herodi. Fera,
Seuera,
Pœna ſequatur,
Eueniat Mors:
Quod concupiuimus,
Quod diu quæſiuimus,
Nobis propitia
Conceſſit Sors.
Fera, &c.

Ph. Capiſtrellius.

F I N I S.

